



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

6. De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

386 PRIMA APPENDIX
catholicam sunt, ut epistola pessima & falsissima quam dicunt in Hierusalem de cœlo cedisse, nec credantur, nec legantur, sed comburantur.

De linteis altaribus præparandis.
Ex eodem.

Lib. I. Capit. II. Ut Presbyteri per parrœchias suas fe-
c. 152. minis prædicent ut linteamina ad altaria coo-
Burchard. lib. 3. c. 115. perienda præparent.

De his qui proponentes fornicari vetantur.
Ex Concilio Neocæsariensi.

Concil. Neo
cæs. c. 4. III. Si quis mulierem concupiscens pro-
posuerit cum ea concubere, & cogitatio ejus
non pervenit ad effectum, apparel quod gra-
tia Dei liberatus sit.

Laicum pellentem suam conjugem commu-
nione privandum. *Ex Concilio
Apostolorum.*

Can. Apost. IV. Si quis laicus uxorem propriam pel-
lens, alteram vel ab alio dimissam duxerit,
communione privetur.

De his qui velut peccatum copulam deserunt
nuptiarum. *Ex Concilio Gangreni.*

Conc. Gangr. V. Si qua mulier virum proprium relin-
c. 14. quens, discedere voluerit, nuptias execrata,
anathema sit.

De mulieribus quæ utuntur virilibus
indumentis. *Ex eodem.*

Conc. Gangr. VI. Si qua mulier pro solito muliebri ami-

c. 13.

et virilem sumit, anathema sit.

De his qui Christianitatis obtentu despiciunt
filios. *Ex eodem.*

VII. Si quis filios suos relinquens, non Conc. Gangr.
c. 15.
eos enutrit, sed eos neglegit occasione conti-
nentiae, anathematizetur.

De his qui dominico die jejunant.
Ex eodem.

VIII. Si quis propter continentiam in die Conc. Gangr.
c. 18.
dominico jejunat, anathema sit. Burchard. lib.
13. c. 19.

De his qui abominantur eos qui carnibus
vescuntur. *Ex eodem.*

IX. Si quis carnem edentem, præter san- Conc. Gangr.
c. 2.
guinem, (id est, absque sanguine) & idolis
immolatum, & suffocatum, cum religione &
fide condemnat, anathema sit.

Non debere in diebus jejuniorum comme-
morationes martyrum fieri. *Ex
Concilio Laodicensi.*

X. Quod non oporteat in quadragesima Concil. Lao-
dic. c. 51.
martyrum natalitia celebrari, sed eorum san-
cta commemoratio diebus sabbatorum & do-
minicorum fieri conveniat. Burchard. lib.
13. c. 10.

Quod manere debet firmum si servi fisci
Ecclesiæ fecerint. *Ex Concilio
Toletano.*

XI. Si qui ex servis fiscalibus fortasse Ec- Concil. Tolet.
3. c. 15.
clesias construxerint, easque de sua pauperta-
te ditaverint, hoc procuret Episcopus prece
B b ij